

Eine neue Eusarcoris-Art aus dem Caucasus.

Von Dr. O. M. Reuter in Helsingfors.

In Meletemata entomologica. Fasc. IV, p. 32 (Spec. 155) hat Kolenati eine Eusarcoris-Art aus der Provinz Elisabethopol unter dem Namen *E. binotatum* Hahn aufgeführt. Im k. k. Wiener Hofnaturalien-Cabinete habe ich das typische Exemplar Kolenatis untersucht und gefunden, dass es zwar in Farbe und Punctirung der von Hahn gegebenen Figur (Wanzenart. Ins. II, p. 130. Taf. 69. Fig. 212) ziemlich ähnlich, aber sonst von ihr doch ganz verschieden ist. Die Art, welche Hahn in dieser Figur dargestellt hat, ist nämlich *Daleria pusilla* H. Sch.¹⁾, gehört folglich nicht zu *Eusarcoris* im engeren Sinne, während die Art aus dem Caucasus ein echter *Eusarcoris* und mit *E. perlatus* Fabr. (= *aeneus* Fieb.) am nächsten verwandt ist. Kolenati hat diese Art somit unrichtig benannt und ich gebe ihr deshalb einen neuen Namen, unter welchem ich sie hier beschreibe.

Eusarcoris Kolenatii n. sp.

Diagn. *Grisco-luteus vel luridus, superne unicolor, dense fusco-punctatus, scutello utrinque puncto rotundato anguli basalis calloso, albo; antennis concoloribus, longiusculis; pronoto apice fortiter sinuato, marginibus etiam lateralibus anticis fortius sinuatis, angulis lateralibus acutis ultra corii marginem prominentibus; ventre maculatim infusato, medio subaenescenti-fusco, connexivo fusco-maculato; marginibus lateralibus pronoti anterioribus, corii et connexivi disco concoloribus, laevibus sed haud callosis; pedibus pallidis, fusco-punctatis, femoribus superne ad apicem puncto majore, posterioribus inferne ad apicem punctis tribus majoribus nec non tibiis ipsa basi puncto nigris; his superne sulcatis. Long ♂ cum membrana 7¹/₃ Mm.*

Syn. *Eysarcoris binotatum* Kolen., Melet. Entom., IV, 32. 155. nec Hahn.

Habitat in *Verbasco* provinciae Elisabethopol, Kolenati (Mus. Caes. Vienn.).

¹⁾ *Eysarcoris pusillum* Kolen. (muss wohl *pusillus* oder auch *pusilla* heißen, weil *coris* generis communis, aber nicht generis neutrius ist) = *E. conspicius* H. Sch. var. *pseudoaeneus* Jak.

Descri. Quoad structuram pronoti *E. perlato* Fabr. affinis, sed differt capite et pronoto totis unicoloribus, luridis, oculis majoribus, antennis longioribus concoloribus, capitis lobis tribus omnibus aequae longis, pronoti apice fortius emarginato lateribusque anticis magis sinuatis, haud callosis, sed disco concoloribus, scutello versus apicem angustiore, callo angulorum basaliu scutelli parvulo, rotundato nec obliquo, colore ventris et pedum, nec non corpore majore, superne minus convexo, multo densius et paulo subtilius punctato. Caput luridum, dense fusco-punctatum, inferne utrinque vitta laterali nigra; lobo medio reliquis aequae longo. Rostrum pallide flavens, coxas posticas attingens, apice fuscum. Antennae pallide luridae, corpori dimidio longitudine aequales, articulo primo capitis apicem haud attingente, secundo et tertio simul suntis capiti inter basin oculorum et apicem capitis longitudine aequalibus, hoc illo distincte brevior, quarto secundo aequae longo. Pronotum luridum, unicolor, dense fusco-punctatum, apice profunde emarginatum, basi longitudine media circiter dimidio latius, inter angulos laterales longitudine circiter duplo et dimidio latius, his acutangulatis, ultra costam corii prominentibus, ipso apice rotundatis, parte marginis lateralis postici ultra costam posita parte ejusdem intra costam fere duplo brevior; marginibus lateralibus anticis laevibus, incrassatis, vix autem callosis, disco concoloribus, late fortius sinuatis. Scutellum luridum, dense fusco-punctatum, pronoti longitudine media circiter $\frac{2}{3}$ longius, lateribus in $\frac{2}{5}$ apicales sinuatum ibique disco transversim depressum, basi utrinque puncto calloso albido-flavo. Hemelytra (σ) abdomen superantia, lurida, dense fusco-punctata, corio maculis parvulis laevibus subcallosis concoloribus variegata; membrana hyalina, venis fuscis. Pectus dense fortius nigro-punctatum, etiam utrinque area metasterni circa orificium sat dense sed subtilius punctata. Abdomen (σ) dorso fuscum, margine apicali segmenti ultimi connexivoque pallide lurido-flaventibus, hoc maculis parvulis nigris ad incisuras; ventre lateribus dense fortius nigro-punctato, medio subtilius obsoletius punctato, fusco-nigro, subaenescente; marginibus apicalibus segmentorum longe perpendiculariter ciliatis; segmento maris genitali transverso, apice latissime obtusangulariter emarginato. Pedes pallide lurido-flaventes, nigro-punctati, femoribus superne apice puncto distinctiore nigro, posterioribus etiam inferne punctis tribus magnis nigris; tibiis ipsa basi in genu puncto nigro, superne sulcatis.